



Disputatio juridica inauguralis de mandato

<https://hdl.handle.net/1874/340717>

42

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
I N A U G U R A L I S,

D E

M A N D A T O ,

Q V A M ,
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS van MUYDEN,

J. U. D. ejusdemque Facultatis in inclytâ Academiâ Ultrajectinâ
Professoris Ordinarii ,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicci consensu , Nobilissima que
Facultatis JURIDICÆ Decreto ,*

PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis
ritè, ac legitimè consequendis ,
Eruditorum Examini subjicit

REGNERUS AB OMMEREN, Aernh. Gelrus.

Ad diem II. Februarii horis locoque soliis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi , clc loc LXXXVIII.

Nobilissimo Amplissimoque VIRO,

D. RUDOLPHO
A B O M M E R E N

D. de WOLESWAERT,
Delegatione quondam in Concilium
Præpotentium Belgii fœderati Ordin-
num, & Legatione illorum nomine ad
Remp. Helvetiorum prudenter ac ho-
norificè functo : Triumviro à Consiliis
& rationibus Ducatus Geldriæ Comi-
tatus Zutphaniæ ; Parenti ad rogum
usque venerando.

*Ut exstet qualecunque observantiae meæ
monumentum , dissertationem hanc
inauguralem dedicatam voluit*

REGNERUS ab OMMEREN,

Auct. & Resp.

PROOEMIUM.



Um multa sint in hoc uni-
verso ad usum mortalium
creata , tum homo praci-
pue hominis causa ad mu-
niendam adjuvandamque
vitam communem videtur
fuisse generatus. Idcirco cum inter prima ,
ac pricipua capita juris naturæ debeat re-
ferri , ut homo hominem permutatione offi-
ciorum adjuvet , tum jus civile in titulo de-
mandato pricipue tam multa gravia ac ele-
gantia ad securitatem & ejus qui prestat of-
ficium & ejus in quem confertur , prescrip-
tit , ut materiam mandati praeteris om-
nibus ad presentem hanc dissertationem
meam inauguralement fuerim amplexus.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
MANDATO.
T H E S I S .



Andatum est contractus nominatus, jurisgentium, bonaæ fidei, solo consensu constans, quo negotium honestum gratis alicui exequendum, committitur, & suscipitur. Quod hic contractus sit bonaæ fidei, satis probat §. 28. *instit. de Action.* & ex origine dicimus esse juris gentium. Quod gratis sit exequendum, est in §. ult. *Inst. h. t.*

I I.

Dixi *gratis*, & ideo merces intervenire non potest, sed quidem honorarium, si adjectum fit, & modo certum sit honorarium, in certa
vero

INAUGURALIS. 5

vero honorarii pollicitario non obligat, sed certum honorarium peti debet extra ordinem, non actione mandati. l. 7. ff. h. t.

III.

Mandatum primo vel est generale de omnibus, vel speciale de quibusdam rebus, illud iterum cum libera, vel sine libera administratione l. 58. & 63. ff. de *Procur.* libera administratio habet quædam jura dominica, d. l. 58. Secundo aliud est expressum, aliud tacitum, quando quis presens, & sciens patitur per alium sua negotia geri, l. 18. ff. h. t. Tertio aliud purum, aliud in diem, aliud sub conditione §. 12. *Inst. h. t.* Quarto aliud ad judicialia, aliud ad extrajudicialia negotia. Quinto aliud fit gratia mandantis, aliud extranei, aliud mandantis mandatarii & extranei. arg. pr. *Inst. h. t.* & seqq. §§.

IV.

Mandare & mandatum suscipere quilibet possunt, qui efficaciter obligari possunt, non itaque mandat furiosus, non minor sine authorita-

DISPUTATIO JURIDICA

re tutoris, vel curatoris, quem habet, non deportatus, sed potest tamen quatenus mandatum est juris gentium, non vero quatenus juris civilis est, at bene relegatus, non mulier causas alienas l. quanquam 7. ad SC. Vellejan.

V. omnia misericordia

Mandare & mandatum suscipere tam unus, quam plures possunt, qui singuli in solidum obligantur, unius tamen solutione reliqui liberantur l. 59. §. 3. ff. b. t. l. creditor 60. ff. eod. & liberum est ei, vel iis, qui mandatum suscepere; illud iterum alteri demandare dummodo si ad litem constitutus, vel constituti sint, id post litem contestatam faciant, quia tunc procurator fit dominus litis, quod satis notum in jure nostro.

V I.

Mandantur quævis negotia honesta & licita. Rei enim turpis & prohibitæ nullum est mandatum §. 7. inst. h. t. & ne quidem jurejurando confirmari potest. Imo si illud impletum fuerit, eadem

I N A U G U R A L I S. 7

dem poena mandans & mandatarius afficiuntur
§.11.*inst. de injur.* Quod si mandati fines excede-
rit, ut si jussus vulnerare, expresse vero prohi-
bitus occidere, interficerit, mandans extra or-
dinem punietur, mandatarius autem ordinaria
pœna legis Corneliae de Sicariis afficietur, man-
dans vero tunc est puniendus poena capitinis, si
mandaverit occidi. *l. 15. ff. ad l. Corn. de sicar.*

V I I.

Mandari quoque sua natura nequeunt actus
legitimi, quia alieno nomine fieri nequeunt
arg. l. 123. de reg. jur. Sunt autem actus legitimi,
qui ex solennitatibus legis fiunt, ut hæreditatis
aditio, emancipatio, adoptio, tutoris datio,
quæ nempe à magistratu fit. Sed quid de impe-
rio; non potest mandari nisi in casu absentiae *l. 1.*
ff. de offic. ejus.

V I I I.

Mandati fines diligenter sunt custodiendi §.8.

Instit.

3 DISPUTATIO JURIDICA

Instit. b.t. sed si quis eos excesserit, tamen usque ad terminos præfixos mandati habet actio-nem. Sed quid de illo, qui mandatum accepit ad vendendum, censeaturne fines mandati egre-f-sus, si acceperit pretium? quod negandum videtur, quia pretio fit, & debet fieri venditio, adeoque tenetur id solvere mandanti.

I X.

Diligentiam in exequendo mandato exactissi-mam adhibere debet mandatarius *l. 13. & 21. C. b.t.* & si procurator pecunias domini in suos usus convertit, maximas præstare debet usuras. *arg. l. 38. ff. de negot. gest.* nam & negotiorum gestor, & tutor, & curator, & syndicus eas-dem præstare tenentur. Maximæ autem usuræ sunt centesimæ, quas & stipulari licet ex pecu-nia trajectitia *l. 26. C. de usur.*

X.

Ex mandato oritur actio mandati, quæ quia ultro citroque competit, duplex est, alia directa: alia contraria. Directa datur mandanti
con-

I N A U G U R A L I S.

contra mandatarium, & petit, ut mandatarius reddat rationem gestionis, ac solvat, quod debet *l. 8. §. 6. ff. h. t. l. 16. ff. eod.* Et idem mandatarius, ob dolum damnatus, fit infamis *l. 1. ff. de his, qui not. inf.*

X I.

Contraria datur mandatario adversus mandantem, ad recuperandas impensas bona fide in negotium mandatum factas, nemini enim suum officium debet esse damnosum: quis nescit illam juris regulam.

X I I.

Hisce ita positis, dubium movetur circa datum consilium, num pariat consilium actionem? quod videtur negandum *§. tua causa Inst. mandati, l. 2. §. ult. ff. eod. l. 47. ff. de reg. juris nisi* datum sit consilium fraudulenter ac callidum: quo casu datur actio dolii in subsidium *l. 9. §. 1. ff. de dol. mal.*

XIII.

10 DISPUTATIO JURIDICA

X I I I.

Solvitur mandatum renunciatione, dummodo fiat tempestive re integra *l. si mandavero* 22. §. *ult. & l. seq. l. si quis* 27. §. 2. §. *qui mandatum ff. h. t.* Hoc amplius non male DD. tradiderunt, etiam ipso jure revocari mandatum, si procurator mores mutet, bona dilapidet &c. quamvis alioquin certum sit revocari mandatum posse à mandante, re integra. *l. 15. ff. h. t.*

X I V.

Solvitur etiam mandatum morte utriusque tam mandantis, quam mandatarii. Sed si ignorans mortem mandantis mandatum adimplevit, utilitatis causa mandatarius mandati agere posset *l. inter causas* 26. ff. eod. §. item *si adhuc integro Inst. eod.* Nec adversantur *l. 12. §. ult. & l. seq. ff. eod.*

X V.

X V.

Sed quæ sit ratio, quare morte solvatur mandatum, cum tamen nec emptio, nec conductio, nec mutuum, nec permutatio tollatur morte, dicam quia scilicet mandantis tantum est negotium, personale, nec mandatarii hæres sæpe numero æque vir peritus est, atque est ipse mandatarius. Inde illud vulgare in ore omnium.

Huc mandes, si quid recte curatum velis.

F I N I S.

C O-

COROLLARIA.

I.

Usucapio non pugnat cum aequitate.

II.

Donatio omnium bonorum est licita.

III.

Cautio usufructuaria remitti non potest.

IV.

Tortura non est admittenda.

V.

Nuptias non concubitus sed consensus facit.

VI.

Princeps non est solutus legibus.

F I N I S.



A D
Nobilissimum, ac Præstantissimum Virum Juvenem
D. REGNERUM
AB OMMEREN,

*Cum communi suffragio, f. v. d.
crearetur.*

M Ita hominum brevis, ars longa, scientia
rerum

Difficilis multo parta labore venit.

Labilis est ætas, rapidoque fugacior Euro,

Ut vere coiis retulit ille senex.

Temporis idcirco multum, studiique requirit,

Qui cupid joniis labra rigare vadis.


B

Istud

Typographi, ab aliis Enarratio.

Istud qui reputas, tempus R E G N E R E perite,
Efficis hoc longum, quod fuit ante breve:
Dum Themidos Rimaris iter, Legumque sacrarum
Affiduâ tentas polvere scripta manu.
Macte animo, exurgent pro tanto digna labore
Non sine laude tibi præmia, dignus bonos.
Hoc precor, exoptant hoc ipsum nostra Thaleia,
Quique tibi fidus carmina torsit amor.

AMICUS AMICO.



July

B